UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini Nostri Iesv Christi Passione

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

De vulneribus capitis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49474

Visual Library

cum myrrha ſignificet mortificationem
& pœnam, ſacræ illæ manus ex dolore
vulnerum, quæ habebant magnam cum
neruis correſpondentiam, dum ſtillarent
pretioſiſſimum ſanguinem per digitos
protulerunt myrrham probatiſſimam, &
ſanguis ille pretioſiſſimorum vnguento-
rum ex myrrha & alijs aromatibus confe-
ctorum, pretium atq; æſtimationem mul-
tis partibus ſuperaret.

6. *Sextò* conſidera, de his manibus vulne-
ratis & ſanguine madidis intelligi poſſe il-
Cant. 5. lud Cantici Canticorum. *Manus illius tor-*
natiles, aureæ, plenæ hyacinthis: Vt per hya-
cinthos accipiantur, pretioſæ ſanguinis
guttulæ, quæ tanti pretij fuerunt, vt vni-
uerſam humanam naturā recuperare po-
tuerint. Dicuntur quoque hyacinthi, qui
ſunt flores cærulei coloris, quia eiuſdem
ſanguinis virtute Chriſtus cœlum nobis
reſerauit, atque infinita cœleſtia dona
nos effudit, veramque ſalutis ſpem nobis
impertiuit.

DE VVLNERIBVS CAPITIS Chriſti propter aculeos ſpinarum.

1. CONSIDERA primum, quomodo a-
Vulnera capitis Chriſti. nerrrimum & ſacratiſſimum Chri-
ſti caput, miſerandum in modum, ab a-
tiſſimis ſpinis vulneratum fuerit, qua-
mod

mni ex parte ſacratiſſimum illum verticẽ tingebant, & lacerabant in partibus maximè omnium ſenſitiuis & ſpirituoſis: imo vſque ad oſſa cum intolerabili eius dolore penetrabant, ingentem copioſiſſimi ſãguinis ſcaturiginem efficientes.

Secundò, expende tecum, quam acerbus 2.
fuerit dolor horum vulnerum, & aculeorum penetrantium, propter frequentem eorum numerum. Hinc S. Bernardus ait. *Sed ipſa etiam eius corona cruciatus eſt illi, & mille puncturis ſpecioſum eius caput deuulnerauerunt.* S. Vincentius vult ſacrum Chriſti caput in ſeptuaginta duobus locis fuiſſe ſauciatum. *Et capiti eius*, inquit, *impoſuerunt coronam, quæ eum in capite ſeptuaginta duobus locis vulnerauit: nam erat ad modum pilei.* Sanctus Anſelmus quoque ait: *Mille puncturis, verticem eius pretioſiſſimum vulnerauerunt.* Quæ omnia manifeſtè ſatis indicant, quam acerbus fuerit dolor Chriſti. Verum expreſſius adhuc idipſum in reuelationibus extrauagantibus Sanctæ Brigidæ declaratur, vbi Chriſtus de ſeipſo ita loquens introducitur. *Inde vertex meus, & caput totum puncturis ſpinarum lacerabatur*: Quibus verbis ſignificatur, aculeis ſpinarum, non modò verticem, verum etiam quicquid reliquum erat capitis fuiſſe ſauciatum. Quare cum

Vulnera à ſpinis Chriſto inflicta fuerũt quãplurima.

Serm. de Paſs.

Serm. in Dom. Paſs.

In ſpec. Euangel. ſer. cap. 12.

In Reuel. cap 51.

Acerbiſſimũ Chriſto dolorẽ attuliſſe ſpinarum aculeos.

vnica tantũ punctura in parte adeo ſen-
tiua ſpirituoſa, dolorem ſoleat excita-
re intolerabilem: cogita qualis quamq;
acerbus dolor ille fuerit, quem vulne-
tam innumerabilia, & craſſarum ſpin-
rum adeo penetrantes efficiebant.

3. Figura capitis Chriſti ſpinis confixi.

Tertiò reuolue tecum, ſacratiſſimu
Chriſti Seruatoris caput vſqueadeo à ſpi-
narum aculeis fuiſſe vulneratum atq;
transfixum, vt completa in eo fuerit, Ag
paſchalis figura, de quo Devs præcep
rat, vt caput totum deuoraretur: quia c
put Chriſti prorſus conſumptum, & ſi
loqui fas eſt, deuoratum fuit à vulneribus
& doloribus.

De faciei percvssionibus, & barbæ, atque capillorum Chriſti euulſione.

1. Percuſſiones faciei Chriſti.

Primvm conſidera faciem illam d
uinam, plenã cœleſti maieſtate, pr
pter barbam in multis partibus eu
ſam, & ſanguinem inceſſanter in ma
copia è capitis vulneribus defluente
adeo fuiſſe deformatam & immutatam,
non immeritò dixerit Iſaias prophe

Iſai. 53.

Quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus, v
de nec reputauimus eum: quibus verbis
nun

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN